



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**REPERTO||RIVM LIBRORVM TRI||VM IOANNIS BOEMI DE  
OM||NIVM GENTIVM RITIBVS,||**

**Boehme, Johann**

**Augustæ Vindelicorum, 1520**

**VD16 VD16 B 6316**

De Franconia, & Francorum multis ritibus. Caput Decimumquintum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98144](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98144)

## De oim gentiū ritibus.

**Amasis fluuius** Iomæus appellare videtur, ex quibus Amasis fluuius oritur, qui Padeburnā & monasteriū non ignobiles ciuitates mediam ferme prouinciā intersecat, & per Phrisiam defluens fertur in mare, Sala quoq; Drusi, qui Augusti priuignus fuit, clade celebris. Hæc regio olim, vt Strabo scribit, a Bructeris inhabitata est. Alij a Sycambriis dicunt. Hos populos Carolus Francorum Rex, qui Magni cognomen tulit bello victos primum ad Christianā fidem compulit; cæterum quum sæpius rebellarent, repetitoq; idolorum cultu Christi religionem spernerent; nec iusiurandum quouis modo aduerterent, vt meius

**Sala fluuius.** pœnæ gentis temeritatem Carolus compesceret occultos iudices instituit, quibus potestatem dedit, vt q̄ primum deierasse aliquem comperissent, aut fregisse fidem, aut aliquod aliud scelus perpetrasse, mox illum vbi primum comprehendi posset pro arbitrio necarent, nulla citatione aut expurgatione præuia: viros graues ac iustos elegit, qui plectere innocentes haud ab re posent. Terruit ea res Vuestualos, ac demum in fide continuit, quū sæpe in nemoribus & proceres & mediocres viri laqueo suspensi inuenirentur, nulla accusatione prius audita: quærentibus tamen causam, constabat fidem fregisse aut magnum aliquod scelus cōmississe. Id iudicium ad nostram vsq; ætatem perdurat, vocaturq; vetitum. Qui ei præsunt Scabini appellant, quibus tanta præsumptio est, vt etiam per totam Germaniam iurisdictionem suam extendi velint. Secretos ritus habent & arcana quædam instituta quibus malefactores iudicant, ea nondum quisq; repertus est qui vel precio vel metu reuelauerit. Ipsorum quoq; Scabinorum maior pars occulta est, qui per prouincias discurrentes criminolos notant, & inferentes iudicio accusant probant q̄ vt eis mos est: damnati libro inscribuntur, & iunioribus Scabinis cōmittitur executio. Rei ignari suę damnationis vbi cunq; reperiuntur supplicio afficiuntur: Degenerauit autem hodie iudicium: nam & viles interdum persone admittuntur, & ciuilia negotia tractare audent, quibus erat solum de criminalibus permessa potestas. Regio est admodum frigida, vini & frumenti inops: pane vescuntur nigro: ceruisia potus est. Vinum quod Rheno aduehitur magno emitur precio, eo tantum opulenti & raro tamen vtuntur: bellicosi indigenæ atq; ingenioli: vnde inoleuit prouerbiū, Vuestualiam viciosos ac fallaces homines potius gignere, q̄ stultos. Præfuli Colonienli parent.

**Occulti iudices a Carolo instituti.**

**Iudiciū veterum siue occultum**

**Iudiciū vestualense abusus**

**Regionis vuestualie conditio**

### De Franconia, & Francorum multis ritibus. Caput Decimumquintum.

**Franconie extremitates**

**F**Ranconia siue Francia orientalis Germaniæ pars & fere meditullium, a Sycambriis quibus Valentiniæ Cæsaris tempore ob Halanos deictos Francorum nomen contigit appellata. Sueuiam & Baioariā a meridie habet, Rhenus illi occiduus est, ab ortu Boemi accolynt, Hassi & Thuringi Saxonie populi a septentrione, Regio latis ac densissimis syluis, alperisq; montibus clausa, difficulter adiri pot: intus plana est innumeris turris

oppidis, castris & pagis exculta. Sylua quæ Hercynia dicitur æditissimis iugis per circuitum obfirmans eam veluti natiuo muro ambit. Moganus nauigabile flumen. Sala, & Thuberus, Neccharus etiam perlabuntur: valles in quibus decurrunt amplæ & profundæ sunt, earumque vtraque latera vitibus confita, vinum producunt, quod ob sui præstantiam ad remotissimas gentes transportatur. Terra præterea ea pars quæ Norica hodie vocatur atque vbi fluminibus vicinior est, arenosa nimium non est, vt Æneas Syluius scriptum reliquit, nec nimium etiam silicosa, Fertilis omnis est, Hordeum, triticum, & omne frumentum legumeneque satum multo cum fœnore reddit. Nulla Germaniæ prouincia plures & maiores cæpas gignit, nulla grandiora rapa, & caulis capita. Adde Glycerhyam radicem melleam, quæ in Babenburgenli agro tanta copia effoditur, vt ingentes currus ea onerari videas. Est etiam vnicuique terra cultissimis pomarijs & pratis amœna. Hominibus omnigenisque pecoribus abundans. Est piscatio propter fluuiorum copiam multa. Maior tamen venatio, feræ in nemoribus a principibus fouentur, aperta stabula hæc plurima habent in quibus hyemis tempore pabulum & interdum sal accipiunt, seque a coeli inclementia tutantur: eas captare aut saltem persequi priuatorum nemini concessum. Principes quibus Franconia subiecta est quinque sunt, Burggrauis Nornbergensis, Comes palatinus Rheni duo sæculares, Babenbergenlis, Herbipolensis, Maguntinensis tres ecclesiastici. Herbipolensis terræ ducatum habet, quare dum sacris operatur in altari denudatum gladium habet atque vexillum, is die quo Metropolitim primum cathedramque episcopalem possidere intendit pro more ciuitatem ipsam ingenti ac exquisitissimo equitatu accedit, in quam admissus, intra portas de equo descendit, & paludamento omni abiecto griseam & vilem tunicam induit, funeque præcingit, atque in ea plantis & capite nudus humiliter in basilicam ad patres concanonicos ascendit, quibus fidelitate promissa in cathedram sublimatur: ducitur tamen prius ad episcopi cuiusdam statuam, ibique serio admonetur, vt talem agere velit, qualis ille fuerit, qui ex humili & abiecto scolariculo per discordiam contemptumque electus ecclesiæ statum optime ad ministravit. Huic cathedræ nullus ex Ducibus aut etiam Comitibus progenitus præficitur, sed qui ex inferiori nobilium ordine sit. Non quod principem sustentare non possit, quum opulenta & potens satis existat, verum vt Episcopus apud eos permaneat ex quibus maior Canoniorum pars constet. Est etiam Herbipolensis ecclesiæ prepositura insignis, quam quoties nouus possessor intrat, debet ille in multis per regionem pagis, ob decimam, quam in his habet, referta vino ingentia dolia in publicum statuere, & scutellas aliquot imponere, ex quibus quicumque velit bibere possit. Franconiæ gens a cæteris Germanis & habitu & corpore nihil differt: laboris patientissima est: in vineis colendis tam viri quam mulieres exercentur: nemini otium datur. Vinum quod inde percipit ob domesticam egestatem vulgo vendit, ipsa aquam bibit. Ceruisiam contemnit, nec facile ad se deferri permittit. In Herbipoli ieiuniorum tantummodo tempore, & extra ciuitatem in nauali

Hercynia silua Franconia claudit.

Vinum Franconicum.

Fertilitas Franconiæ.

Liquiritia glycerhyala.

Piscatio Venatio

Franconiæ principes

Episcopus Herbipolensis Franconiæ dux

Mos qui in æcepto obseruatur

Episcopus Herbipolensem quis administrat.

Prepositura Herbipolensis

Francones a cæteris Germanis nihil differunt.

## De omnium gentium ritibus.

Ceruisia cō-  
remniē a frā  
conibus.

In Frāconia  
multi adue-  
nā

Duob⁹ vicij  
Francones  
obnoxij

Mos in quin-  
tis ferijs ante  
Christi nata-  
lem

Mos in Chri-  
sti natali

Corybantes  
circa Iouem

Kalendē De-  
cembris

bus hæc vendit, vt hi, qui tum se a vino abstinent eam aque loco habeant. In solens gens est, superbaq; multum sibi arrogans, multum præsumens, alias nationes contemnit: cauillisq; adeo plerunq; prosequitur, vt qui cum ea morantur, nisi lingua prodat patriam suam non dicant. Eos qui hæc patienter ferunt facile secum commorari patitur, & veluti per hoc approbatos coniugis admittit: vnde multi Sueui, multi Bauari, Hassiq; in Franconia habitant. Ad dei insuper cultū propensa est, duo tamen non mediocria vicia sunt quibus plus satis hodie gens illa indulget, blasphemia videlicet & latrocinium, illud decorum, hoc honestum reputans, & sibi ex longo vsu licitum. Multos mirandos ritus obseruat quos ideo referre volo, ne quæ de externis scribuntur inanes fabulæ æstimentur. In trium quintarum feriarum noctibus, quæ proxime domini nostri natalem præcedunt, vtriusq; sexus pueri domesticatim eunt ianuas pullitantes, cantantesq; futurum saluatoris exortum annunciant & salubrem annum: vnde ab his qui in ædibus sunt pyra poma nuces & nummos etiam percipiunt. Quo Christi Iesu natalem gaudio in templis non clerus solum sed omnis populus excipiat: ex hoc attendi potest qd puerili statuncula in altare collocata, quæ nuper æditum repræsentat, iuvenes cum puellis per circuitum tripudiantes choreas agant, seniores cantent more haud multum ab eo quidem diuerso, quo Corybantes olim in Ideæ montis antro circa Iouem vagientem exultasse fabulantur. Kalendæ Decembris quo tempore & annus & omnis computatio nostra inchoatur cognatus cognatum, amicus amicū accedunt, & consertis manibus inuicem in nouum annum prosperitatem imprecantur, diemq; illum festiua congratulatione & comotatione deducunt. Tunc etiam ex auita consuetudine vltro citroq; munera mittuntur, quæ a Saturnalibus quæ eo tempore celebrabantur a Rhomanis Saturnalia, a Græcis Apophoreta dicta sunt. Hunc morem anno superiori ego ita verificauī. Christe patris verbum &c.

Natalemq; trum celebrantes octo diebus

Corcinimus laudem, perpetuumq; decus.

Atq; tuo exemplo moniti munuscula notis

Aut cappum pinguem mittimus aut leporem

Aut his liba damus signis & imagine pressa.

Mittimus aut Calathis aurea mala decem,

Aurea mala decem, buxo cristata virenti,

Et varijs caris rebus aromaticis.

In epiphania  
dñi domesti-  
catim rex eli-  
gitur.

Quo rex eli-  
gatur

In Epiphania domini singulæ familiæ ex melle farina addito zizibere & pipere libum conficiunt, & regem sibi legunt, hoc modo, Libum materfamilias facit, cui absq; consideratione inter lubigendum denarium vnum im mittit, postea amoto igne supra calidū focum illud torret, tostum in tot partes frangit, quot homines familia habet: demum distribuit, cuiq; partem vnā tribuens: Adsignantur etiam Christo, beatæque virgini & tribus Magis suæ partes, quæ loco elehemosynæ elargiuntur. In cuius autem portione denarius repertus fuerit, hic Rex ab omnibus salutatus.

in sedem locatur. & ter in ædium cum iubilo eleuatur, ipse in dextra creatam  
 habet, qua roties signum Crucis supra in triclinij laquearijs deliniat, quæ  
 cruces q̄ obstare plurimis malis credantur, in multa obseruatione habentur.  
 Duodecim illis noctibus, quæ Christi natalem Epiphaniãq̄ intercurrunt,  
 nulla fere per Franconiã domus est quæ saltem inhabitet, quæ thure aut ali-  
 qua alia redolenti materia aduersus dæmonũ incantatricũq̄ insidias non sub  
 fumigetur. Quo item modo tres p̄cedentes quadragesimale ieiuniũ dies per  
 agat, dicere opus non erit, si cognoscat, qua populari, qua spontanea infania  
 cætera Germania, a qua & Franconia minime desiscit, tunc uiuat. Comedit  
 enim & bibit, seq̄ ludo iocoq̄ omnimodo adeo dedit, quasi vsui nũcũq̄ ve-  
 niant, quasi cras moritura hodie prius omniũ rerum satietatem capere velit,  
 Noui aliquid spectaculi quisq̄ exogitat, quo mentes & oculos omniũ dele-  
 ctet admirationeq̄ detineat, Atq̄ ne pudor obstet, qui se ludicro illi cõmit-  
 tunt facies laruis obducunt sexum & ætatem mentientes, viri mulierũ vesti-  
 menta, mulieres virorum induunt. Quidam satyras aut malos dæmones po-  
 tius repræsentare volentes, minio se aut atramento tingunt, habitũq̄ nefando  
 deturpant; alij nudi discurrentes Lupercos agunt, a quibus ego annuũ istũ  
 delirandi morem ad nos defluxisse existimo. Non enim multũ diuersus est  
 a Lupercalibus sacris, quæ Lyceõ Pani in mense Febuario olim a nobilissi-  
 mis Rhomanorũ iuuenibus celebrabantur, qui nudi, faciesq̄ sanguine foeda-  
 ti per urbem vagantes obuio loris cedebant, quos nostri faccis cinere reuer-  
 tis percutiunt. In die cinerum mirum est quod in plæriscq̄ locis agitur. virgi-  
 nes quotquot per annũ choream frequentauerunt, a iuuenibus congregant,  
 & aratro pro equis adnectæ tibicinem suum, qui super illud modulans sedet,  
 in fluuium aut lacum trahunt: id quare fiat nõ plane video, nisi cogitem eas  
 per hoc expiare velle, q̄ festis diebus contra ecclesiæ præceptum a leuitate  
 sua non abstinerint. In medio quadragesimæ, quo quidem tempore ad læti-  
 ciam nos ecclesia adhortatũ: luuentus in patria mea ex stramine, imaginem  
 contexit, quæ mortem ipsam (quemadmodum depingitur) imitetur: inde ha-  
 sta suspensam in vicinos pagos vociferans portat. Ab aliquibus perhumane  
 suscipitur & lacte pisicis siccatisq̄ pyris quibus tum vulgo vesci solemus refe-  
 cta domum remittitur: a cæteris quia malæ rei, vtputa mortis, prænuncia sit  
 humanitatis nihil percipit, sed armis & ignominia etiam adfecta a finibus  
 repellitur. Eodem tempore & talis mos obseruatur: intexitur stramine vetus  
 vna lignea rota, atq̄ a magno iuuenum cœtu in æditioem montem gestata  
 post varios lusis, quos in illius vertice illi toto die, nisi frigus impediãt, cele-  
 brant: circiter vesperã incenditur, & ita flammas in subiectam vallem ab  
 alto rotatur, stupendum certe spectaculum præbet, vt plæriscq̄ qui prius  
 non viderint Solem putant aut lunam cœlo decidere. In Paschate vulgo  
 placentiæ p̄insuntur, quarum vna interdum duæ adolescentibus vna  
 puellis altera a ditiori aliquo proponuntur, pro quibus in prato, vbi  
 ante noctem ingens hominum concursus fit, quique agiles pedestres  
 currant. Ad parochialium templorum dedicationes quæ Christiano

Ædes subfu-  
miganẽ.Carni sp̄riuij  
diesGermani an-  
nuatim infan-  
tium

Lupercal

Lupercalia.

Mos in cine-  
rum dieMos in me-  
dio quadra-  
gesimæAlius mos i  
quadagesi-  
maIn Paschate  
ritus.In ecclesiæ de-  
dicatiõibus  
ritus

## De oim gentiū ritibus.

instituto quotannis festiuo gaudio & comessatione a totis pagis peraguntur. Adolescentes ex alijs locis non templa, sed choreas uisitaturi cum armis & tympano, ueluti ad pugnam, quam & sæpius aut inueniunt, aut suscitant, tummatim eunt, redeuntq; capitibus ob id multoties cruentantibus. Tribus illis diebus quibus apostolico instituto maiores Ieranas passim per totum orbem peraguntur in plurimis Franconia locis multæ cruce (sic em̄ dicunt parochianos cœtus quibus tum sacrae crucis vexillū præferri solet) conueniunt. In sacrisq; ædibus non simul & vnā melodiā, sed singulæ singulam per choros separatim canunt: & puellæ & adolescentes mundiori quicq; habitu amicti frondentibus fertis caput coronati omnes, & Scipionibus salignis instructi. Stant sacrarum ædium sacerdotes diligenter singularū cantus attendentes, & quamcunq; suauius cantare cognoscunt illi ex veteri more aliquot vini conchos dari adiudicāt. Per thecostes tempore ubiq; fere hoc agitur, conueniunt quicunq; equos habent, aut mutuare possunt, & cum dominico corpore quod sacerdotum vnus etiam equo insidens collo in bursa suspensum defert, totius agri sui limites obequitant cantantes supplicantes q; vt segetes deus ab omni cœli iniuria & calamitate conseruare velit. In die sancti Urbani uinitores in foro aut alio publico loco mensam locant, mapis, fronde, & plurimis redolentibus herbis instruunt, desuper statunculam beati pontificis statuentes, quam si dies serena est, largo uino coronant, & omni honore prosequuntur: si uero pluuialis id non solum non faciunt, sed luto proijciunt, & aqua immodica perfundunt: persuasum enim habent, illius diei tempestate auspicioq; uinum tunc florens & augmentari & diminui. In nocte sancti Iohannis baptistæ in omnibus fere perlatam Germaniā vicis & oppidis publici ignes parantur, ad quem utriusq; sexus iuuenes & senes conuenientes choreas cum cantu agunt: multas etiam superstitiones obseruant, Artemesia & uerbena coronati in manibus flores, qui a similitudine calcaris militaria calcaria dicuntur, gestantes, ignem, nisi per eos, nō aspiciunt, oculos id per totum annum a languoribus, conseruare credunt, Qui abire intendit ille herbas, quibus, vt dixi, præinctus fuit, igni inijcit, dicens, abeat & comburatur cum his omne infortuniū meum. Ante arcem in monte, qui urbi Herbipoli supereminet ab episcopi aulicis, etiam ignis fit, cui orbiculi quidam lignei perforati imponuntur, qui cum inflammantur, flexilibus uirgis præfixi, arte & vi in aerem supra Moganum amnem excutiuntur. Draconem igneum uolare putant, qui prius nō uiderunt. Fiunt eodem tempore sigulino opere ollæ quædam, ita multis foraminibus discissæ perforatæq; vt partes uix sibi cohæreant, puellæ illas emunt, & purpurearum rosarum folijs obductas imposito lumine ex domorum culminibus pro lucerna suspendunt. Tunc temporis adolescentes pagis totas pinos inferunt: quarū inferioribus ramis absectis, superiores speculis, uitrīs, fertis, bracteolisq; splēdicantibus exornant, arborem terræ infixam per totam æstatem ita stare sinunt. Autumni tempore cum uic iam maturæ sunt, non antea vindemiare cuiquam concessam, q; domini quibus decima debetur hoc permiserint:

Ritus in ma  
ioribus sep  
plicatōibus.

Pethecostes  
tempore ritus.

Ritus in die  
sancti Urbani.

In uigilia  
sancti Iohannis  
ritus uarij

Orbiculi i  
gnici excu  
tiuntur

Ollæ cū lu  
minibus sus  
pendunt.

Arbores frō  
dentes pagis  
inuehunt.

Ab antea  
audientib  
autē

non enim ille hodie, cras atq; legit, sed quotquot in vno colle vina habent, vno vel duobus diebus omnes omnia abscerpunt, indicitur hodie in illo cras in altero legendum: decimę in vallibus sub vinetis excipiuntur, qui tardius, q̄ iussum est, vindemiare volunt non solum cum licentia facere debent, sed etiam suis expensis decimã in domini torcular inferre. Herbipoli cuiq; vindemianti ob exhibitam credo in decimando infidelitatem iuuenis addicit, qui diligenter noter, & iubeat etiam, vt quodq; decimum vas lectum absq; fraude domino suo tribuatur. Finita vindemia hi pueri omnes in campo conuenientes singuli se de stramine quoddam hoc aduectum est via aut duabus facibus armant, quibus sub noctem incensis cantantes ciuitatem ingrediunt. Hoc more autumnum se expurgare atq; exurere dicunt. Martini & Nicolai sanctorum p̄sulum vtrorumq; dies miro gaudio, mira festiuitate Franconia gens colit, diuersimode tamen in sacris ædibus & altari huius, illius in menta & popinis. Nemo per totam regionem tanta paupertate premit, nemo tanta tenacitate tenetur, qui in festo sancti Martini non altuli aliquo, vel saltem suillo vitulinoue viscere affato vescatur: qui vino non remissius indulgeat. Quilibet enim tunc noua vina sua, a quibus se adhuc vsq; abstinuit, degustat & dat degustare, omnia. Erogantur in Herbipoli & plarissq; locis hac etiam die pauperibus ex pietate vina. Spectacula publica eduntur, duo aut plures frendentes apri circo includunt, vt mutuo se exeris dentibus visceratim dissecent, quorum carnes vbi vulnerati conciderint partim plæbi partim potestibus diuiduntur. In die vero sancti Nicolai adolescentes qui disciplinarum gratia scholas frequentant, inter se tres eligunt, vnum, qui episcopum: duos, qui dyaconos agant: is ipsa die in sacram ædem solenniter a scholastico cœtu introductus diuinis officijs infulatus p̄sides: quibus finitis, cum electis domesticatim cantando nummos colligit, elehemosynam esse negant, sed episcopi subsidium. Vigiliam diei pueri a parentibus ieiunare eo modo inuitantur, q̄ persuasum habeant, ea munuscula quę noctu ipsis in calceos sub mensam ad hoc locatos imponuntur, se a largissimo p̄sule Nicolao percipere: vnde tanto desyderio plaricq; ieiunant, vt quia eorum sanitati timeatur, ad cibum compellendi sint. Et tales hodie Franconum famosi mores sunt, tales annui ritus.

Vindemia  
di ritus

Vindemia  
tib<sup>o</sup> puer de  
curat in her  
bipoli.

In festis san  
cti Marti  
ni & Nico  
lai ritus

In festo san  
cti Martini

In die sancti  
Nicolai

Pueri ieiunant.

De Suevia, Sueuorumq; moribus & prisca & recentibus. Caput Decimum sextum.

Suevia Germaniæ provincia ætate nostra istis finibus describitur, ab oriente Baioarijs, ab occasu Alfatensibus & Rheno iungitur, Alpium iuga a meridie habet, a septentrione Franconiam. A Sueuis populis dicta, qui ex ea Scythiæ parte quæ hodie Liouonia & Prussia est digressi, ibi conserunt authorę Ansonio Sabellico, & confirmare istud Lucanus videt inquitens. Fundit ab extremo flauos aquilone Sueuos. Alemannia prius nominata fuit a lacu Lemanno, qui & Lanfanehsis vocatur,

Sueuic finis

Sueui vñ in  
Germaniam  
venerunt

Suevia olim  
Alemannia.